

B. BRISSONII

I. C. ET IN SVPRE-  
MA PARISIENSI CVRIA  
ADVOCATI, DE RITV Nuptia-  
rum liber singvlaris.  
EIVSDEM DE IVRE CONVBLO-  
RVM LIBER ALTER.

Ad Amplissimum Clarissimumque virum Michaelem Hospitalium  
summum Gallie Cancellarium.

Cod. Colegio  
Zol nro 10



PARISIIS,  
In Aedibus Rouillij via Iacobæa, sub signo Concordiæ.

1564.  
Cum Privilegio Regis.

31972 M 1 H 30 1  
PRIVILEGII REGIS SENTENTIA.

CAROLI IX. Francorum Regis Christianissimi atque Augu-  
stissimi primata lege sancitum est, ne quis Typographus imprimere,  
neu quis bibliopola diuendere hos B. Brissonij I.C. & in suprema Parisie  
curia aduocati libros duos, quorum prior de Ritu nuptiarum, alter de Iure  
conubiorum inscribitur, audeat ante septennium à die huius prime editionis  
numerandū, absque Philippi Galteri Rouily consensu. Qui secus  
faxit, pœnis ex sanctione legis, quam literæ pleniores ab eius maiestate  
impetratae continent, multabitur.



AMPLISS. INTEGERRIMO-  
QUE VIRO D. MICHAELI HOSPITALIO  
summo Galliae Cancellario,  
B. Brissonius. S.

\* \* \*



T primùm commendatione tua  
aditus mibi ad Margaritæ Il-  
lustrissimæ Allobrogum Bitu-  
rigumque Ducis gratiam datus  
est, duos hōsce qui nunc demum  
in lucem prodeunt, libros cōscri-  
bere, gratiæ ac memoris animi  
testificandi causa tibi inscribere  
institui. Tām præclarū enim tū  
mibi apud eā tui de me iudicij  
testimoniu[m] dedisti, vt eius beneficij memoriam sanctè ac religio-  
se colere, & crebris sermonibus usurpare parū esse censuerim,  
nisi præterea eius quoq[ue] monumentū aliquod, ære, vt ille ait, pe-  
rennius, in vulgus emanaret. Verūm quæ sint deinde consecuta  
tempora, silentio præterire, quam tristie & acerba recordatione  
persequi malo. In nostris certè verè Gallicis tumultibus quorū  
communis concordia causa voluntaria obliuione conterendas  
iniurias te auctore boni omnes ducunt, vt manum ad scriben-  
dum adferrem, imperare quidem mibi potui, vt animi alacrita-  
tem adferrem, non potui. Ita factum est, vt iamdiu debitum, sed  
varietate temporum interruptum officium tibi tardius redda-

\* ij

# B. BRISSONII I. C.

ET IN SUPREMA PARISIENSIS  
CURIA ADVOCATI  
DE RITU NUPTIARVM

*Liber Singularis.*

\* \* \*

\* \*



I C T U R V S de ritu nuptiarum,  
pauca de sponsalibus quæ ca-  
runt celebritatem antecedunt,  
præfabor. Fuit autem hoc in  
more priscis temporibus pô-  
situm, ut qui uxoricim ducturus  
esset, ab eo unde ducenda erat,  
eam in matrimoniu datum iri  
stipularetur; idque qui nuptum  
daturus erat, spondere: qui  
contractus stipulationum, spô-  
sionumque dicebatur sponsa-  
lia. Hoc Seruum Sulpitium in libro de dotibus, Neratium

Priscum in libro de nuptiis tradidisse Gellius scriptum reli-  
quit. <sup>a</sup> Quibus Vlpianus & Florentinus consentiunt, <sup>b</sup> qui <sup>a lib. 4.</sup>

sponsalia quoque à spondendo dicta, & sponsi, sponsæque <sup>no&g. attic.</sup> appellationem inde ductam credunt quod veteribus stipula- <sup>cap. 4.</sup>

ri, & spondere uxores futuras moris esset. Nec clam me est, <sup>b. in. l. 2 et</sup> horum nominum originem a Græco fonte Verriū Flac- <sup>l. 3. D. de</sup>

cum idoneum auctorem derivasse, qui, ut apud Sex, Pôp. <sup>sponsalib.</sup> legimus, sponsorum, &c. sponsarum nomen inde tractum <sup>l. spôsio. D.</sup> de verb. <sup>de verb.</sup> existimabat, quod <sup>et</sup> interpositis rebus diuinis face- <sup>signif.</sup>

rent. Sed a priori harum vocum notatione qui dissentiret <sup>et</sup> præter vnum Verriū, præterea inueni neminem. Veteris cer-

tè moris quo prius illud etymō nititur, multa sunt in Plau- <sup>et</sup> ti Comœdiis non obscura impressa vestigia. Sic enim ille in

Aulularia Megadorū ab Euchione filiam stipulantem facit.


M. Quid nunc etiam mibi despondeas filiam. E. Illis legibus.

<sup>et</sup> quod si quis in istis inveniret, non potest dubitare quod ab adlatum ob

A. tenet

B. BRISSONII  
**I. C. ET IN SVPRE-**  
MA PARISIENSI CVRIA  
ADVOCATI, DE I VRE CONVBIORVM  
LIBER SINGVLARIS.

*Ad Amplissimum Clarissimumque virum Michaelem Hospitalium  
summum Gallie Cancellarium.*



PARISIIS,  
In Aedibus Rouillij via Jacobæa, sub signo Concordiæ.

1564.

Cum Priuilegio Regis.



B. BRISSONII I. C. ET IN SVPRE-  
MA PARISIENSIS CYRIA ADVOCATI, DE  
IVRE CONVBIORVM LIBER SINGULARIS.



OLLEMNES nuptiarum ritus ita sunt à me proprio libro expositi, ut vix quicquam ad plenā & perfectam eius argumenti cognitionem iure ac merito desiderari posse videatur. Huic consequens duxi, alterum de iustis iniustisque Quiritium nuptiis librum adiungere. Superiori enim tractatui, hoc veluti cumulo addito, iuris civilis & antiquitatis Romanæ studiosis, hac in parte satisfactum iri arbitror: quibus non modò, quo ritu, sed & inter quas personas olim inllæ ac legitimæ nuptiæ contraheretur, utriusque libri cōiunctione planum fiet. Atque ut via & arte procedat oratio, à qua ætate iustæ nuptiæ contraherentur, primum dispiciendum esse censeo. Nam cum nuptiis habilem ætatem constituerimus, ad alias inspectiones veniemus: & ad certa veluti capita omnia nuptiarum impedimenta reuocantes, facilem, ni fallor, lectoribus eius quæstionis quam tractandam suscepimus, cognitionem relinquemus. Igitur, ut ab ætate ordiamur, in matrimonii contrahendis ætatem contrahentium definitam esse. Modestinus lib. iiiij. differentiarum scribit. <sup>1.</sup> Ea verò definita ætas pubertas est, vel ipso Iustiniano teste, qui iustas nuptias inter se ciues Romanos contraxisse tradit, <sup>2.</sup> qui secundum præcepta legum coibant: masculos quidem puberes, feminas autem viri potentes. Cui accedere Dionis testimonium velim, qui lib. liij. ita scribit:

*U. in spōsa l. in spōsa l. 160  
l. 160. D. de l. de spōsa l. in spō  
vitri nepe. s. l. 160 e. l. de  
2. Iustin. 2. Iustin. 2. Iustin. et alia  
de nupt. in l. bat. Nec sub et alia  
nupt. t. et alia. Nec sub et alia  
spōsa l. 160. l. 160. et alia  
t. et alia.*